



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

XVII. Ratiocinatio. A Patrvm Svffragiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

DE CONIVG.

Anteferimus igitur statutis istorum ha-
muncionum qualiumcunq; vocem Archiepiscopi
nostrri Iesu Christi qui inquit: Erunt duo in
carnem unam. Nec excepti ullos, nisi qui singu-
lari dono Castitatis à Deo sunt, ex omni reli-
quorum hominum cætu excepti. Anteferimus
¶ Pauli vocem, qui sine discrimine omnibus
præcipit, ut qui secundum non valeret, coniugium
honestum expectat, neq; ibi ullos hominum
status exceptit, non tempus describit ante suscep-
tum statum aliquem, vel postea. Ubi autem De-
us non discernit ibi non est in regnum hominibus
discernere, præsertim cum obligatione consciencie.

XVII.

RATIOCINATIO.

A PATRVM SVFFRAGIIS.

Quidquid patres censuerunt in suis scrip-
tis, id rectum est.

Sed Hieronymus & alij nonnulli, vehe-
menter stabilium cœlibatum sacerdotum.

Ergo sacerdotes debent abiurare honesta
Coniugia.

Respon-

SACERDOTVM.

Respondeo. Maior falsa est. Nam leges Ecclesie Christi, conscientiam obligantes, non pendent ab humana autoritate. Deinde, sicut patres, quocunq; tandem censeantur nomine, aliquam legem ponunt, contra Dei verbum, tunc potior est habenda ratio verbi diuini, & patrum errata adscribenda sunt carni humana, & malo Spiritui impellenti, idq; ex hoc principio, Qui peccatum facit ex Diabolo est, teste Iohann I. Iohan: 3.

Ad Minorem respondeo. Sed id fecerunt contra verbum Dei. Nam Christus & Paulus diserte mandant, ut qui non habent donum castitatis pura, coniugium honestum ineant. Matth: 19. x. Corimb: 7. Est igitur hic nanus, imò hoc erratum patrum, nequaquam probandum.

Si authoritas Valere debet, aquissimum est, ut authoritas divina preponderet. Estq; vox horrenda, prohibitionem Coniugij honesti, esse doctrinam Demoniorum. Videl enim Spiritus Dei in Paulo, Antichristum hanc infamem Notam vel maxime habituram, nempe legem de prohibitione Coniugij sacerdotum.

XVIII.

RATI.